



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Doctrina Theologica D. Gummari Huygens In Quibusdam Speciminibus Exhibita

Amstelbeeck, Rudolf von

Coloniæ Agrippinæ, 1691

§. 16. Doctrina D. Gummari Huygens de pœna Parvulorum sine Baptismo
morientium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39044

adeo vera sunt, ut nisi conjuges speciali gratiâ à Deo praveniantur & adjuventur, infallibiliter succumbant; ita quidem, ut in hisce mortaliter delinquentes constituentur rei æternæ damnationis, quamquam præstent de cetero omnia, propter quæ fuissent salvandi extra matrimonium. Nonne hæc respiciunt Manichæismum matrimonia damnantem?

Eodem tendere videtur hæc propositio, quam ponit in Comp. reimpresso Anno 1884. Impertinenti 109. pag. 332. *Status matrimonialis potest suaderi alicui, sed vix alteri, quam qui se non continet.*

Ibidem impertinenti 62. pag. 323. Viduis tradit hoc dogma. *Vidua, quæ ex anteriori Matrimonio didicit se habituram abortus, si rursus contrahat matrimonium, illicitè illud contrahit.*

Circa usum matrimonii hæc definit in dam. Comp. pag. 84. *Temperans ... non est ... ille, qui non aliter quàm procreandæ (nisi & regenerandæ) prolis causâ conjugio utitur.*

§. 16.

*Doctrina D. Gummari Huygens
de pœna Parvulorum sine Bap-
tismo morientium.*

DE hac in Comp. reimpresso 1684. Impertinenti 66. pag. 324. more
D 3 suo

fuo enuntiat severè. Ut tamen cogitationem suam sub larvata ratione instillet mollius, ita effatur: Dum vulgus audit, parvulos sine baptismo discedentes non puniri pœnâ sensus, verendum ne plurimi, potissimum impudici, propterea procurent abortum, alias non procuraturi. Hoc scrupulo ductus, concinnat hoc dogma. Quare non minus est populo salutaris, quam vera doctrina, que docet parvulos istos puniri pœna sensus; eamque etsi putetur inter infernales mitissima, esse tamen absolute valde horrendam & atrocem, præterquam quod etiam sit æterna.

§. 17.

Doctrina D. Gummari Huygens circa præcepta Ecclesiæ de audienda Missa; de jejunio; de sumptione cibi & potus.

Ejus doctrina de audienda Missa, hæc est in Comp. reimpresso 1684. Impert. 80. pag. 327. Qui cum voluntate peccatum mortale committendi aut continuandi, Missam audit die festo, in Ecclesiâ & Dei præceptum impingit.

Leges & consuetudinem jejunii ita coarctat ibid. Impert. 55. pag. 322. Non solum naturali, sed & positivo jejunii præcepto adversantur hæc nimium generales Regula: